



Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

XVII. Petri sollicitudo de Ioanne. Io. 21.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

proiectis sanctis vniformiter Domino supplicatur, ne nos inducas in tentationem, &c. inquit S. Prosper l. 2. de vocat. Gen. c. 28. seridè etiam cogitandum quò tendimus, cum voluntate propria imus, quò cùm ducimur alienâ.

XVII.

Petri sollicitudo de Ioanne. Io. 21.

1. **E**T cùm hoc dixisset ait Petro, sequere *In festo S. me: fortè discessurus ab Apostolis, Ioan. Euan-*
cum Petro familiaris conferte vole- *gelista.*
bat solus, tanquam cum Principe futuro Apostolorum, & Ecclesiæ capite, id-
que aduerti ab omnibus cupiebat. 2. ei
qui aliorum curam gerere debebat, non
solum amorem aliis ampliorem, sed se-
quelam, hoc est imitationem præscribere
diligentior, magisque constantem.
3. Considerandum quanta dignitas sit
sequi Christum, maior sanè omnibus
promotionibus.

2. *Conuersus Petrus, vidit illum Disci-*
pulum quem diligebat Iesus sequentem,
qui & recubuerat in cœna super pedus eius,
& dixit, Domine quis est qui tradet te? hunc
quero

256 MYSTERIA RESVRRECT.

cum vidisset dixit Iesv, Domine hic autem quid? Præter encomia Ioannis, ostendit quantam Petrus, postquam resipuit à negatione adeptus est fiduciam. 2. Individuam horum charitatem; neque invidet Ioanni aut ægrè fert sequentem, licet soli Petro dictum sit *sequere*.

3. Dicit ei IESVS, *sic cum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere*. quasi dicat, quod tuum est age, de reliquis mihi relinque dispositionem; cum opportunum fuerit voluntatem meam reuelabo; simul discite æquo animo ferre reprehensionē, admonitionēve, cum vel innocens, vel plenus videris tibi esse charitate: roga ut *manere* tibi detur in Christo, & apud Christum, donec veniat ille, cætera nihil pensi ducas. O si sic! hoc est, ut dilectus, ut dignus qui recumbat in pectore! Quanta patientia? quanto amore manet Christus apud nos? si maneamus & nos. Quàm sunt omnia futura incerta! Fili sine me tecum agere quod volo, ego scio quid expedit tibi, &c. Thom. à Kemp. l. 3. c. 17.